

CANCEL:
MARTIS B:
1717:

*

Zu Or Lc



43

IN
ORIGINEM
REGNI DAMASCENI
TEMPORE ISRAELITARVM

OCCASIONE

1. Reg. XI, 23. 24. 25.

INQVIRVNT

HISTORICE AC PHILOGICE

PRAESES

M. LAURENTIVS Müller

MEINGA HENNEBERGICUS

ET

RESPONDENS

IOH. CASP. ARMANN

SCHLEUSINGENSIS

AC PVBLICE PROPONVNT

D. X. FEBRVAR. H. L. 2. C.

LIPSIAE

LITTERIS IMMANUELIS TITHI

1713

SERENISSIMO
PRINCIPI. IVVENTVTIS
AC
DOMINO
DN. IOSEPHO
BERNHARDO

SAXONIAE. IVLIAE. CLIVIAE. ET. MONTIVM
ANGARIAE. QVOQVE. AC. GVESTPHALIAE
DVCI

LANDGRAVIO. THVRINGIAE
MARCHIONI. MISNIAE
PRINCIPI. COMITI. HENNEBERGICO
COMITI. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE
DYNASTAE. IN. RAVENSTEIN
ET. RELIQA

DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO

EA. QVA. DECET. DEMISSISSIMI
ANIMI VENERATIONE
HOC. OBSERVANTIAE. FIDEIQVE
SVAE. PIGNVS
OFFERT. CIVIS. SVBIECTISSIMVS
M. LAVRENTIVS. Müller.



PROE MIUM.

IAntis olim & opibus & gloria Damascenorum Regnum floruit, vt cum singulis ad orientem populis de principatu contendere auderet. Profecto vix hostis vllius potentiam pertimuerunt magis terrae sanctae possessores, quam Damasci regum, quorum Benhadado duos & triginta reges officia praestitisse, ex sacris aequae ac profanis historiarum paginis abunde notum est; & quando vel Chazaelis nomine illorum aures personabant, vehementer obstupere & vox faucibus illorum haesit. Quid? quod Assyriorum regnum, vt vt ad eluisionis paene tempora ducatur, ad illud, quod adpetebat rerum fastigium pertingere haud prius eualuit, quam deturbato Damasceno, cuius robur atque opes impedimento erant, quo minus fieri posset, vt traiecto flumine Assyrii prouincias ad occasum vergentes in potestatem redigerent suam. Quae enim de immensa imperii

A

perii magnitudine ac finibus iam sub Nino ce-
 terisque, illum qui exceperunt ordine, ab Indo
 ad Hellepontum, a Nilo ad Tanaim protractis,
 tradit Ctesias atque ex eo Diodorus Siculus, so-
 mnia sunt & nugae. Verum quo altius Dama-
 scenorum regnum caput extulit nobilisque fu-
 it, quum res bene adhuc haberent Israelitarum
 aevo, hoc sane originem illius obscuriorem plu-
 ribusque difficultatibus implicitam esse depre-
 hendo. Quo circa saepius optavi, vt vir in mo-
 numentis antiquioribus versatus, lucem illi cla-
 riorum accenderet, expositis sacrarum littera-
 rum & scriptorum, huc quae spectant locis; sed
 quum etiam nunc spe excidam, nihilque ad ma-
 nus venerit, quod hanc praecipue rem tangat;
 ipse vires, huic quidem consilio multum impa-
 res, intendere occepi; quem conatum aequus
 lector boni consulat.

CAP. I.

*De vrbe Damasco, quae nomen dedit Regno
 Damasceno.*

§. I.

VT ab initio rem ordiar, nomen dedit illustri Damasceno-
 rum regno *Damascus*, vrbs sacris (a) pariter ac profanis (b)

(a) Vrbs gloriae laetitiaque adpelletur *Ierem. XLIX. 25.* quae qui-
 dem praedicata B. *Schmidius* accipere mauult de *Hierosolymis*; sed
 quum orationis nexus aduersus ipsi esse videatur, magis de *Damasco*
 explicanda veniunt. conf. *Esai. XVII. 1.*

(b) Edisserit hunc in modum de illa *Strabo Lib. XVI. p. 756. v̄ Δα-
 σερι-*

Scriptoribus maximopere laudata. In vasto enim & celebri Syrorum regno summum aliquando locum obtinuit & fuit metropolis (ε) illius ac sedes regia. Tractus cui decori haec vrbs erat, peculiari sibi adpellabatur nomine, & quidem apud Hebraeos *Syria Damascena*, (d) penes Graecos autem *Coele Syria*, (e) quae ad ortum habet Palmyra, meridiem versus Ara-

μασινή χώρα διαφερότως επαινεμένη. εστι δὲ καὶ ἡ Δαμασκός πόλις ἀξιολογούμενη. χεδόντι καὶ επιφανεστάτη τῶν τούτη κατὰ τὰ περσικά. *Damascenus ager apprime nobilitatus. Damascus urbs est insignis, omnium fere nobilissima, quae in ea sunt regione, Persis vicina.* Iulianus Imperator epist. XXIV. ad Serapionem: ἔδει τὴν Διὸς πόλιν ἀληθῶς, καὶ τὸν τῆς εὐκλείδους ἀπάσης ὀφθαλμὸν. τὴν ἱερὰν καὶ μεγίστην Δαμασκὸν λέγω. τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπάσιν, ὅσων ἱερῶν κἀλλεῖ, καὶ νεῶν μεγίσται, καὶ ὀρεῶν εὐκαρπία, καὶ πηγῶν ἀγλαΐα, καὶ ποταμῶν πλήθει, καὶ γῆς εὐφορία νικῶσιν. *Aequum erat, veram Iouis urbem, totiusque orientis oculum (sacram & amplissimam Damascum dico) cum omnibus aliis rebus, sacrorum elegantia, templorum magnitudine, temporum anni opportunitate, fontium nitore, fluviorum multitudine, terrae ubertate superare & antecellere.*

(c) Ies. VII, 8.

(d) 2. Sam. VIII, 5. & c.

(e) Variant quidem Scriptores in definiendis Coele Syriae finibus, sed propriam, quam *κοιλίην* vocat *Συρίαν* Libani & Antilibani spatio includit *Syrabo Lib. XVI. p. 755*. Δύο δ' ἐστὶν ὅσα τὰ ποιεῖται τὴν κοιλίην καλεσμένην Συρίαν. Duo montes sunt, qui Syriam concavum includunt. *Polybio Lib. V.* Διόκη audit h. e. *Νηριῶν Amica*, profunda; incolis vero & Arabibus *Νηριῶν Algauta*, ut ex *Arabe* constat *Geographo Clim. III. Part. V.* *Damascus* habet montes atque arua, quae vocantur *Algauta*, protenditurque *Algauta* spatio duarum stationum in longitudinem & unius in latitudinem. Iustam autem Stationem esse *XXV M.* passuum, vel quod idem est, ducentorum stadiorum, nos edocet magis *Bochartus in Phaleg. Lib. II. cap. 8.* Equidem adscribunt *Damascum* Syro *Phoeniciae* *Eusebius* & *Hieronymus*, sequenti *Terullianum*, qui *libri. adu. Iudaeos cap. IX.* *Damascus*, inquit, *Arabiae olim deputa-*

biam petraeam & in ea potissimum decantatam in sacris Idu-
maeam, (f) ad occasum vero mare Syriacum f. mediterrae-
num & ad septentrionem Apamene (g) atque Antiochene.
Damascus ipsa ampla fuit valde, & in planitie ad Hermonis ra-
dices sita, qui, quo in sacris mons est frequentior, hoc rarius
occurrit in paganorum scriptis.

§. II. A quibus autem & quo modo ortum habuerit su-
um, tam multis diuersisque implicitum fabulis est, & conie-

*batur, antequam transcripta esset in Syrophenicem in distinctione Syria-
rum.* Quod ipsum iam ante de Damasco tradiderat *Iustinus Martyr* :
vñ, inquit, *περὸν ἐνέμενται τῇ Συροφονικῇ λεγομένης*, in *Dialogo
cum Tripbone*. Sed distinctionem illam sub Hadriano demum factam
esse, tradit in *Eiusdem vita Spartianus cap. XIV*. Idque temporis
Phoeniciam fuisse vnicam prouinciam, cuius Metropolis Tyrus; at
Phoeniciam a Christianis Imperatoribus in duas prouincias dissectam,
quarum altera prima f. maritima, altera Libani dicta, obseruat *Purpu-
ratus ille Norisius in Syro-Macedon. Dissert. II. c. 11. §. 2.*

(f) ita clar. *Frid. Spanhemius* contendit in *Historia Iobi p. m. 95*.
qui *tabulas corruptissimas* pronunciat, quae regionem illam collocant
ad orientem Damasci & in ipsa Damascena. Illud tamen recte note-
tur velim duplicem non incommode Idumaeam posse statui, magnam
f. Arabicam & superiorem in montanis Iudaeae; ita enim distinguit
Issephus Lib. IV. de Bello, dum vocat illam *τὴν μεγάλην Ἰδουμαίαν* cap.
XXX. hanc verò *τὴν ἀνω καλεσμένην*. cap. XXXII. Quorum tendit *Span-
hemius c. l. pag. 87.* quando ad locum ex *Thren. IV. 21.* petito, obseruat,
id velle Textum: *O filia Edom! quae sedes protendisti tuas, usque in
terram Vix i. e. in Arabiam ipsam finibus vehementer dilatatis.*

(g) Damasci situm describit *Guil. Tyrius Lib. XVII. cap. II. de Bello
sacro*, quum eam urbem *Conradus Imperator, Ludouicus VII. Galliae
& Balduinus Hierosolymorum reges*, anno Christi clocxlviij. irrito
conatu obsederunt. conf. *Christoph. Cellarii Notit. Orbis Antiqui.
Tom. II. Lib. III. cap. 13. pag. 442. Mich. Anton. Baudrandi Geograph.
pag. 322.*

cturis,

Eturis, vt oedipo non dauo opus sit, qui eas extricet. Tradit *Stephanus* (b) *Byzantius*, dici a nonnullis Damascum Mercurii & Helimedae filium ex Arcadia in Syriam profectum, urbem condidisse sui nominis. Aliam eiusmodi farinae fabulosam incolarum originis suae urbis opinionem sibi eruisse persuadet *cl. Vaillantius* (i) ex nummo quodam Imperatoris Philippi senioris, qui Damam ipsi exhibet nutriendum puerum, cui nomen dein *Ascus*; quo significare voluissent ciues Damasceni, conditorem urbis expositum fuisse, & enutritum a Dama (k) animali; vnde a Dama & Asco,

(b) In Lexico de Nomin. Urb. sub voce *Δαμασκός*. Quod tantum non omnes referunt, qui postea urbis mentionem fecere. Euoluas modo Commentar. in *Curtii Lib. III. cap. 12.* Lexicum *Caroli Stephani* tum *Hofmanni*, aliorumque.

(i) In *Numismat. Aer. Imperat. in Colon. P. II. p. 161.* sed legas simul quae innotenda duxit vir magni nominis *Gronovius* in *Theaur. Antiquit. Graecar. Tom. I. lit. D.*

(k) In vsu fuisse paganis, urbium regnorumque conditores ab animalibus Deorum auspiciis seruatos atque educatos fingere, non abnuo, vt *Cyrum* a cane enutritum esse, auctores sunt *Herodor. Lib. I. cap. 109. Iustin. Lib. I. cap. IV.* *Semiramidem* a Columbis apud *Diodorum Sicul. Lib. II. conf. Voss. de Idololat. Lib. I. cap. 23.* *Romulum* ac *Remum* a lupa, apud *Ioh. Malal. in Chronograph. Lib. VII. conf. Laflant. de falsa Relig. lib. I. cap. 20.* Id quod autem non tam ex nummis colligitur, quam ex gentilium scriptis, quorum ope numi dein illustrantur. Et sane mouisse illud videtur *Harduinum*, vt effigie, qua Dama vbera praebet puero, partim ad nomen latinum, Dama, partim ad Arabicum Hebraeumque verbum *הקש* irrigare, potum dare, ab opifice adludi existimet; vt ex utroque sententia sit: *Dama dat potum*, quoniam Damascus fontibus abundat. *Harduin. Opp. Select. p. 834. Edit. Amstel. 1709.* Sed qui curatius aliquanto rem expenderit, videbit mecum effigiem ad Romanorum insignia respicere, quae lupam referebant sugentem gemellos. In Romanorum dititione tum temporis Damascus erat, quorum in honorem nummus excusus est; in tam

Damascus vrbs dicta fuerit. Qua de sententia me doctiores in re numaria, diiudicare velint. Mea quidem opinione fallit vir eruditus, nisi fallatur ipse. Quomocumque seres habeat, ex graecorum fece isthaec petita sunt omnia. Quod vero graeci fecerunt in fingendo, id alii coniciendo sunt moliti, an felicius, iam dispiciamus. Mitto in praesenti, qui cum scriptore Arabe Abulphurai Palestinae regem *Murck s. Murf* auctorem Damasci factitant; ita enim obsecrum est, quod tradit, vt quid sibi velit, coniectura quidem adsequi non liceat. Nec scio satis vnde confirmari queat ab Arabibus, conditam urbem esse, ac dictam a *Dim-schack (l)* filio Canaan. Frequentiores autem iuerunt eruditi eorum in sententiam, qui *Eliezer (m)* seruum Abrahami aut ipsius *filium (n)* Damascum exstruxisse volunt. Praeterquam enim, quod interpretationi minus dextrae ac felici verborum *(o)* Abrahami innitatur, vel exinde fidem haud sibi

vetusto autem numo Damam cum lupa facile confundi posse, quis neget?

(l) *Dapperi Syria pag. 14.*

(m) Non tantum ex veteribus fuere, qui tradiderunt, ex quibus desumerunt *Eugesippus Lib. de Distr. Locorum Terrae S. & Hieronymus ad Genes. cap. XV.* quamquam in *Quaestion. ad Genes. Iosephi* partes repetat in *Opp. Tom. II. p. 517. Edit. Paris. 1699.* Sed etiam ex recentioribus anticiorem huic se pronuntiat sententiae *Frcinshemius in Commentar. ad Curt. Lib. III. cap. 12. num. 27. Artopaeus in Elencho errorum Iustini in Reb. Iud. p. 6.*

(n) Legas, si placet, *Cornel. Lanfenii Comment. ad Genes. XV.* qui de promissione videtur ex *Isidor. Orig. Lib. XV. cap. 1.*

(o) Gen. XV. vbi commatis 2. membrum posterius ita verto: *sed oecunomus meus, hic Damascenus Eliezer.* Non addit verbum Abraham; quo innui videtur, haesisse in commendando haerede Eliezere, ne in offensam Dei forte incurreret. Tandem vero vincit animi timiditatem, suaeque mentis cogitata conuinate 3. plenius exponit: *Semen,*

con-

conciliare potest, quod iam Abrahami aetate Damasci mentio fiat in sacro oraculorum volumine. Qua ratione corruit simul eorum coniectura, qui ad *Corrbam* (p) Edomi S. Esau filium originem illius reuocare solent. Nec audeat adeo tueri vellem cum Iosepho, (q) *Vtz* (r) Semi Ne-

inquiens, *mibi non dedisti; euge praefectus domui meae, haeres mibi obtingat.* Hoc modo vtrumque versum ad Eliezer Abrahami seruum refero. Verba enim Abrahami sunt *בן משק ביתי* hoc est, is, qui iugiter discurrens, omnes domus meae partes perlustrat, vt cui totius familiae cura & sollicitudo incumbat, verba sunt *Fulleri Miscellan. Sac. Lib. III. cap. 15.* conf. *Salom. Gloss. in Grammat. Sacr. Lib. III. Tr. I. Canon. XXXVI. p. m. 660.* Eiusdem sententiae *interpres Anglicanus* est, qui verba: *בן משק ביתי* ita reddit: *and the steward of my house h. e. & dispensator domus meae.* In commate quidem tertio formulam *בן ביתי* plurimi interpretantur per *vernā*. Sed quae adducunt loca, id quod probare debent, non euincunt. Nam Genes. XIV, 14. XVII, 12. Jer. II, 14. *ἐνοργεύεις* quidem & *seruorum filii in domo nati* vtique indignantur; verum haudquaquam *בית בני* sed *ילידי בית* constanter audiunt. Quocirca per *בית בני* aliud quid omnino intelligendum mihi videtur, scilicet *praefecti domui.* Nec aduersatur nobis *Cohel. II, 7.* vbi recte *Chaldaeus* reddit: *Et viri, qui constituti erant super cibaria domus meae, erant mihi.* Respicit enim *Ecclesiastes* ad i. Reg. IV, 27. Cuiusmodi *בית בן* praefectus domui ab Abrahamo Eliezer quoque nuncupatur. Qui dum Damascenus appellatur, tum temporis e Damasco quidem fuit, sed non condidit.

(p) *D pperi Syria* pag. 14.

(q) Verba *Iosephi Antiqu. Lib. I. cap. 7.* τῶν δὲ Ἀραμῶν παίδων τεσσάρων ὄνων, Ὀυσης μὲν τὴν Τραχωνίτιν ἠλίξεν καὶ Δαμασκόν, quae ita interpretatur *Gelenius.* *Ex Arami quatuor liberis Vses habitator Trachonitidis fuit Damascique conditor.* Quae ad vocem ἠλίξεν adnotauerit *Scaliger*, vide in *Animaduers. in Euseb.* fol. 36. qua occasione parem catachresin designat in voce *במה Sam. Bochart. in Phaleg* p. 317.

(r) *Vtz* ter in lege Dei occurrere eadem sermonis seu nominis proprii forma adfectum, recte obseruarunt *Maforetae*; primum *potem,*

potem, ex Aramo Trachonitidis Damascique conditorem esse. Solus enim *Iosephus* (s) illud tradit, quem cur, nullo veritatis teste munitum, temere sequaris in rebus tam ab ipso remoti temporis, haut postulare queo; dein dubium simul animum facit situs Trachonitidis, quem exhibent tabulae geographicae; dum enim Hermonem inter ac Gilead arctatur, pars terrae Canaan fuisse patet ex Iosuae (t) historia. Sed quis *Vtzo*, semi nepoti, principatus in impia Canaanis posteritate? Quod vero Damascum *Vtz* condiderit, summo quidem consensu veteres nos docent; sed sequuti ad vnum omnes (v) ducem Iosephum. Facere huc interim videtur insigni philologo (x) *Samueli Bocharto*,

Genes X, 22. vbi de *Vtz Semi nepote*, de quo heic loquimur: deinde Gen. XXII, 21. vbi de *primo genito Nachoris*; ac denique Gen. XXXVI, 28. vbi de *filio Disan*, ex posteris non Elau, vt vulgo, sed Sehir atque ex Horaeorum genere, qui postea expulsi ab Edomitis Deut. II, 12. vt *Spanhemio* perluasum est, l. c. cap. II, pag. 80.

(s) Non equidem per omnia probari velim *Iacobi Saliani Annalium V. T. conditoris* molimina, qui quauis data arreptaque occasione fidem *Iosephi* vellicat, saepe non sine manifesta in illum iniuria, vt monet *B. Boeclerus in Histor. Vniuers. Saec. I. Sect. V §. 9.* Vt enim humani quid interdum passus sit, non tamen ideo velut detestabilem de ponte statim deturbandum esse, censeo cum *cl. Fabricio in Biblioth. Graec. Lib. IV. cap. 6. §. 5.* Cautè tamen fidem ipsi adhibendam esse extra gentis suae historiam versanti, ne ipse quidem *Bochartus difficitur in Phaleg. Lib. II. cap. 26.*

(t) Ios. XII, 1. seq. coll. Deut. III, 14.

(u) Adi, si lubet, *Hieronym. in quaest. Hebr. in Genes. p. m. 517. Tom. II. Opp. Edit. Paris. Arium Montanum in Phaleg. Waltonum in Explicat. Nom. Propr. ad vocem Hus. Adrichomium in Theatr. Terrae S. ad Tr. Manass. num. 2. p. 82. Müllerum in Disputat. de Terra Iobi quae habetur in Thesouro Theolog. Philog. P. I. p. 546. §. 7.*

(x) in *Phaleg. Lib. II. cap. 8. vbi ex Arabum ערש & ערשׁ* sine articulo & ארעשׁ cum articulo, quibus vocibus Coele quod

quod Damascena vallis hodieque ab Arabibus vocetur Gaut & Algauta, quae vox originem ducat ex Vtzi nomine. Sed enim vero adpellatiuum Gauta esse, quod & aliis locis humilioribus, & irriguis apud Arabes tribuitur, bene monet *Spanhemius*; deinde si Damascena regio ab Hus vel Vtz nomen sortita esset, Hus Damasci potius, quam Aram (γ) Damasci audiret in sacro codice, quod tamen contra se habet. Tandem si ex Vtz Arabum Gaut deducendum, alio fortassis modo conuertissent in versione graeca (x) Seniores. Quae tamen quum scribo, non ea mihi mens est, ac si plane nihil Arami filius ad Damasci exstructionem conferre quiverit; sed illud dumtaxat volo, haud certi quidquam ex Bocharti Gaut & Iosephi testimonio euinci posse. Notum autem est ex scriptis veterum, quam ex tenuibus olim initiis exortae vrbes fuerint, vt primo habitantibus

Syriam designabant, ernere conatur nomen **וּטְז** Vtz, hunc in modum, vt supponat, facile fieri posse, vt *רֹד* *Tzade* Hebraeorum in *Tbet* & *Sad* vel *Dad* Arabum in *Ta*, ex linguarum indole, mutetur; litteram vero *Ain* ab initio positam, sonare vt *Gimel* Hebraeorum, vel *Gain* Arabum. Sed sono admodum distare ipse non difficitur, vt vel exinde constet, longius omnino peticum esse sententiae stabilimentum.

(γ) 2. Sam. VIII, 5.

(x) Nomen Vtz reddidissent fortassis per *Tes* vel *Teds* si constans tum temporis fama obtinuisset, Algauta s. Coele Syriam ab Vtzo duxisse denominationem. Sed enim vero modo *ׁוּטְז* & *ׁוּטְז* modo *ׁוּטְז* & *ׁוּטְז* nobis exhibet *Lambert. Bos* in praecleara, quam adornauit *LXX. Senatorum Editione Franegu. 1709*. Et quando de Terra Vtz apud Iobum sermo est, vertunt *Aurivide*. Vt proin Damasci vallis *Algautia* non tam ab *Vtz*, Semi nepote, dicta, quam potius per excellentiam, quum inter omnes toto orbe maxima sit & amoenissima. Humiliora vero alia quoque loca ita dici Arabibus, nec ipse negat *Bochartus. l. c.*

B

aliis

aliis in speluncis, (aa) aliis in tentoriis, (bb) alter alterius societatem peteret, ad construendas sibi sedes stabiles, quae auctis subinde familiis, ac domiciliis, in pagos excreuerunt, ac demum in vrbes. Vt in opinionem iccirco mihi veniat, ex Noachidis Semi posteros in Syria, quae ab Aramo nomen ducit, hinc atque inde sedes sibi post dispersionem e terra Sinear fixisse, ex quibus prae ceteris vrbs, quae Damascus vocatur, nullique amoenitate cessit, ortum sensim ac sensim traxerit, ita tamen, vt nemo ex iisdem nominatim designari queat.

(aa) Huc spectat illud *Plinii Hist. Nat. Lib. VII. cap. 56. specus erant pro domibus.* Cuiusmodi erant, in quibus Sodoma deleta, *Lothibus* cum filiabus vitam seruabat Gen. XIX, 30. & Cacus in Latio tempore Euandri *Liu. Lib. I. cap. 7.* Quin & vniuersas gentes in cauernis olim domicilia habuisse, testes sunt *Diodorus Siculus Lib. V, p. 231.* qui de curretibus, antiquissimis Cretae Insulae populis pronunciat, *habuisse olim sub arboribus aut in speluncis ac vallibus, διὰ τὸ μὴ πρὸ νεοσχευῶς ὀνόων εὐρηθῆναι, quia nondum inuentae erant exstruções aedium.* Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 18. de Trogloditis in Africa, dictis ita, quod sub terram eant & cauernas subeant. Vnde lux accendi potest *Ouidii Metamorph. Lib. IV.* vbi homines ex terra nati, serpentes ac Dracones nihil aliud videntur esse, quam homines speluncas incolentes & quod v. 575. ipse *Cadmus* in serpentem mutatus dicitur, intelligendum, ni fallor, de occultatione illius in spelunca. Est haec sententia cl. *Sabini*, quam sincerae mentis Amicus noster *Walchius*, qui natus quasi ad ornandas bonas litteras, in Edit. noua *Ouidii Nat. Metamorphoseon* adducit Lib. IV. p. 362.

(bb) Qui mos fuit primis hominibus valde vsitatus. Noachus ebrius iacuisse dicitur *in tentoratis suis*, & Iaphetus habiturus *in tentoriis Semi*, Gen. IX, 28. Et pastores Indorum, inquit *Diodor. Sicul. Lib. II. n. 88.* urbem aut pagum nullum incoluisse, verum vitam egisse *ἐκρυπτοῦν* h. e. *vixisse in tentoriis.*

§. III. Appellatur autem Hebraeis potiffimum *Damefek*, (cc) Syris *Darmsuk*, Arabibus *Dimfek*, Graecis *Δαμασκός*, Latinis *Damascus*, Italis *Damasco*, Gallis Belgisque *Damas*, non raro tamen etiam *Damascus*. Nomen illud quo fato vrbs nacta fuerit, admodum adhuc diuersae, praeter iam dictas opiniones dantur, vt vel ipsa scriptorum dissensio admoneat, quam difficulter in re tam obscura definiri quidquam possit. Memoriae quidem prodidit *Stephanus* (dd) *Byzantius*, gigantem ferri *Ascum*, (ee) a quo, *Lycurgi* opera

(cc) Constans fere lectio est in V. T. פְּזִמָּרָא quam *Seniores septuaginta* protulere *Δαμασκός*; sed 2. Reg. XVI, 10. scribitur פְּזִמָּרָא an vitiose, non statim dicerem cum *Io. Clerico ad b. l.* vt vt quid *Masoretarum* hariolentur, non satis capiam.

(dd) *Stephanus* modo *nominatam* ab *Asco* urbem tradit, non autem *conditam*, vt quidem *Vaillantius* in *Numism. Imper. in Colon. P. II. p. 161.* & *Norisius* in *Epocha Syromaced.* pag. 75. produnt. En *Byzantii*, ad quae respicit cl. *Vaillantius*, verba: Ὀνομαζομένη δε (Δαμασκός) ὅτι εἰς τὸν γηγέναν Ἀσκὸς ὄνομα, ἅμα ἀπέργαθ' ἠήσας τὸν Διόνυσον, ἐξήρπεν εἰς τὸν ποταμὸν, ὃν λύσας ἐρμήσ, τὸν Ἀσκὸν τῷ δερματίος ἐγγίμνωσεν, ὅθεν πρὸς οὖον ἐπιτήθειον τὸ δῆμα. Heic de exstrukctione vrbs *Damasci* ab *Asco* nihil. Verba vero *Damascii* in *vita Isodori*, quae exhibet *Phorius* in *Biblioth. 242.* adducta a celeb. *Norisio*, haec sunt: οἱ δὲ τὴν ἑπωνυμίαν διδόασι, τῇ πόλει, ἀπὸ γηγένου, ὃ ὄνομα Ἀσκός, ὃν ὁ Ζεὺς ἐδάμνωσεν ἐνταῦθα. Vbi bene quidem se haberet *Norisii* sententia, si extaret pro *ἑπωνυμία* vox *ἡλίσις*; quod verò non est.

(ee) *Ascum* hunc a *Dama* enutritum existimat *Vaillantius* l. c. sed sibi met ipsi non satis confidens, recurrit tandem ad *Iustini Damascum*. Interim in voce *Ἀσκός*, aliqua antiquitatis feruta latere, conicit *Pinedo* ad *Byzantium* vocem *Δαμασκός*. p. m. 220. scilicet corruptum esse nomen ab *Abcamaz* illo, cuius costam oculis se vsurpasset, adfirmat *Bemamin* in *Itinerario*, quod insertum est *Hornii Vlyssi Peregr. P. III. p. m. 33.* in palatio quodam *Damasci*, quae longitudine *spithamas* nouem & in latitudine duas aequauerit. Id quod ipsi veritati magis

vinctus Dionysus & in profluentem proiectus, a Mercurio excoriatum, vrbi nomen dedisse, & vtris vsum ad vina: ab aliis Damascum, qui aequalis Baccho per Syriam vites instituenti, eas exciderit, ab Baccho captum ac pelle priuatum. Sed quis non intelligit; nil nisi graecorum haec fermentum sapere, qui de Abele a Caino fratre occiso, non nihil forte perceperunt, idque fabularum inuolucris implicatum ad Damasci conditorem retulere. Ex Hebraeorum videlicet placitis viri (ff) eruditi commemorant, in agro Damasceno *Abelem* a *Caino* fuisse trucidatum atque in tanti facinoris memoriam constitutam ibi urbem, Damascum nominatam. Sed dixeris haud dubie, vnde vero innotuerit magistris Iudaeorum, quod Abel eo in loco interfectus fuerit? tum qua id factum ratione, vt in memoriam facinoris ante se decem & quod excurrit saecula patrati urbem incolae ornarent? Atqui idem est, quod & ego quaero. Dicit contra putant alii Damascum a sanguine, id est, vino rubro & sacco, quasi ob vini copiam Bacchus ibi in sacco (gg) habitauerit. Quod vero friuolum satis, nec vlli facile persua-

consentaneum videtur *Pinedoni*, quam illud *Gasparis Hybbanez de Segouia & Peralta*, qui nomen *Asci* deducit ab illo sacrarum litterarum אֲסִי a quo corruptum esse contendit *Is Arxos*, id quod manu propria adposuit ad marginem *Stephani*, quem dono dedit *Pinedoni*.

(ff) Refert ex hebraeorum placitis *S. Hieronymus* Lib. VIII. Comment. in Ezech. ad cap. XXVII. conf. Cornel. a Lapide in Genes. fol. 95. *Freinshemii* Comment. ad Curt. Lib. III. cap. XII. vestigia ostendi, vbi Abel interfectus. Quorsum trahere conantur verba Dei, dicentis: *terram aperuisse os suum & excepisse sanguinem Abelis*, Gen. IV. 11. vt hac ratione deducenda vox esset אֲסִי & שֶׁקֶר irrigare sanguine. Adi B. *Pfefferum in Dub. Vexat. Cent. I. Loc. XXXIX. p. m. 104.*

(gg) Componunt illi vocem אֲסִי & שֶׁקֶר *Sacco Sanguinis* i. e. vini rubri:

sum

sum iri credo. Alii (*bb*) aliam huius deriuationis rationem reddunt, quarum tamen ne vlla quidem se ex asse mihi probat. Proxime ad veritatem accedi videtur, si ad *terrae Damascenae* (*ii*) *ruborem* heic respici dicatur, quod & vocis rationi & loci naturae congruum est.

§. IV. Fluiuos (*kk*) quibus superbit praeceteris Syriae

(*bb*) Urbem a *Semo* nomen accepisse, lego in notis Var. ad *Iustini Lib. XXXVI. cap. 2.* *Ἰνδία* nempe dici hodie apud Turcas & Aethiopes Syriae & urbem metropolim, *Damascum*, non alio sine, quam quod in *Semi* memoriam illa fuerit condita; mutatis enim litteris *Ἰνδία* in *Ἰνδία*, (si recte auctoris mentem capio) euenire Hebraeorum *דמשק* & de hinc *Damascum*; quasi *Semi* habitatio dicatur. Sed enim vero nimis longe petita haec est urbis Damasci denominandae ratio: deinde vel mutatio, quae inferenda voci est, arguere videtur, nihil certi inesse huic etymo: porro vox *Ἰνδία* *Siam* vix dimidium *Damasci* constituit: tandem vero *Turcae* aliique non in *Semi* memoriam *Damascum* ita vocitant, sed ob *solem*, cuius urbem primariam depraedicant v. *Dapperi* Syria l. c.

(*ii*) Adnotauit celeb. *Hillerus* in *Onomast. p. 115.* *משק* Arabice *terram rubram* denotare, quae significatio huic loco apprime conueniens est, quum testentur idonei auctores, rubrum fuisse *Damasci* solum, quod infra pluribus docemus. A qua voce non multum distat *Syro-rium* *ܪܘܒܝܢ* rubuit. Vnde per quam facile *Damascus* formari potest; siquidem liberae compositionis sunt nomina imprimis urbium ac virorum. Quid vero per praefixum *Syrorum*? seu *Ἰνδία* dicatur ex Grammaticis notum est. Praefigunt etiam *Syri* sua in lingua *ܕܡܫܩ* vnde enascitur *habitatio rubicundae terrae*. Hebraeorum, enim *דמשק* *habitare* notat; quo de apud *Syros* in *Pacl* *ܕܡܫܩ* *habitauit* superest.

(*kk*) Perelegantem profert *Vaillantius* primae magnitudinis nomen, ab *Oleatiano Strada* p. 118. editum, cui est inscriptio: COL. DAMAS. METRO. in imo: ΠΗΓΑΙ vbi suspicatur *Vaillantius*, *Pegasum* ἀπὸ τῆς πηγῆς dictum, pro urbis insigni haberi, forsitan quod haec urbs tota *πηγή* esse videatur, ita vt vox ΠΗΓΑΙ in hoc nummo scri-

urbibus, Damascus, duos habuit praecipuos, qui sunt *Abana* atque *Pharphar*, celebres in diuina scriptura. Quorum ille (*ll*) in mediam urbem, aquis limpidis & mercaturae peridoneis descendere dicitur & ciuibus eam aquae commoditatem praebere, vt singuli fere fontem habeant in aedibus; nec veritati, vt opinor, sententia illorum (*mm*) reluctatur, qui ex monte *Amana*, Libani parte, ortum illius deducunt. Hic vero quem Stephani *Bardinem* (*nn*) esse existimo, originem, vt

pta sit. vid. *Vaillantius Numism. Imper. in Colon. sub Num. Otaciliae p. 180. P. II. conf. Harduinus in Operib. Select. p. 48. Paulus Diac. in Histor. Miscell. Lib. VI. p. 197.*

(*ll*) Scribit equidem *Adrichomius* in *Theatr. Terrae S. in Manass. 2. num. 40. p. 81. & 92.* limpidis aquis a meridie & occidente allambere urbis moenia; sed *ἀντιόχης* contra *Quaresmius* in *Elucidar. Terrae S. Edit. Antwerp. Lib. VII. cap. 8. peregrin. 6. p. 884.* Abanam, magnum & profundum fluuium, interfecare urbem; cui suffragatur *Vaillantius*, qui ex Nummo iam adlato monstrat, fluuium in imo arcus imberbem decumbentem, significare Amanam, quia in *Pharphar* delabatur extra urbem. Plura vide apud *Dapperum* in *Syria p. 22.*

(*mm*) Facit hoc *Bochartus* in *Geograph. sacr. Chanaan Lib. I. Cap. V.* qui Salomonis *Amana* in Cant. IV. partem Libani interpretatur, quem vt montem altissimum trans Iordanem iuxta Libanum, Hermonem & *Senir* montes situm describit *Adrichom. l. c. p. 75.* Ex quo monte *Amanam* s. *Abanam* fluuium Damasci *Bochartus* deducit. Nec sine veritatis specie. Saepe enim montium vnde scaturiunt nomina mutantur annes. Sic e monte *Chabora* oriebatur *Chabor* fluuius, de quo 2. Reg. XVII, 6. XVIII, 11. e monte *Cyre* *Cyre* fons, a quo *Cyrene* dicta. Vt vero simile proin sit, ex Monte *Amana* fluuium profluxisse, qui *Abana* dicitur 2. Reg. V, 12.

(*nn*) *Stephanus c. l.* ita loquitur: *Δαμασκός πόλις Συρίας, μεσόγειος, ὑπερδεν Φοινίκης περὶ τὴν Βαρδίνην ποταμὸν.* Locat nempe circa *Bardinem* fluuium, in quo nomine *Pharpharis* vestigia remansisse, facile coniectu est, vt mirer, cur vox illa Cellario nostro in *Notit. Orb. Ant. T. II. p. 443.* tam obscura visa sit; *Visslerius* vero *Abanam* sub ea latitare harioletur in *Indice Geograph.* voce *Damascus.*

histo-

historiae loquuntur, trahit ex monte Hermone, ad quem sita ipsa vrbs Damascus, atque extra urbem hortos & pomœria interfluit. Interim vnus dumtaxat fluiui mentio subinde fit in profanis auctoribus Chrysoſſrhoas. (oo) Id quod vero factum videtur inde, quod post Damascum coniunguntur, atque adeo sub vno Chrysoſſrhoas nomine in mare Syriacum (pp) se praecipitant.

§. V. Quae aquae abundantia non sane potuit non omnino tempore solum fertilissimum (qq) efficere & amoenissimum

(oo) Plinius Lib.V. cap.XVIII. plurimi (ad Decapolin referunt) Damascum ex epoto riguis amne Chrysoſſrhoa fertilem. Quem Plinius locum *Sabmasus* in Exerçit. Plinian. ad Solinum p. 617. Edit. Parif. 1629. ita scribendum & distinguendum censet: Plurimi Damascum EVPOTON riguis ex amne chrysoſſrhoa fertilem; quasi in Graecis, vnde hauserit, Plinius reperisset, Damascum *εὔποτον τὰς ὀχρείας τῆ χρυσσοῦρα ποταμῶ*, idque ita accepisset, ac si *εὔποτ* diceretur Damascus, ad discrimen alterius cuiusdam Damasci. Sed coniectura isthac amplius non opus est, postquam *Harduinus* nobis in splendidis summa sua Plinii Editione veram lectionem, quam supra exhibuimus, restituit.

(pp) Exhibetur hunc in modum nobis fluminis istius facies in *Celarii* nostri Tab. quas offendis in Notit. Orb. Antiqu. ll. cc. succinit Vaillantius ac vterius euincere contendit; item Bochartus, Spanhemius, alii. Vt errauerit *Mullerus*, in Dissertatione supra adducta, vbi Chrysoſſrhoam Phapharis & Amanae vndas secum in Euphratem deuehere asseruit.

(qq) Fertilem, ait *Plinius* l. c. Damascum, quia totum fere amnem Chrysoſſrhoam epotare soleat, dum ad rigua distrahitur: quod confirmat *Sirabo* Lib. XVI. p. 755. *τῶν δὲ ποταμῶν*, inquit, *ὁ μὲν χρυσσοῦρας ἀρξάμεν ἀπὸ τῆς Δαμασκηῶν πόλεως καὶ χάραξ εἰς τὰς ὀχρείας ἀναλισκεται σχεδόν τι*. Atque idem est, quod oculis se vsurpasse scribit *Bellonius* in Obseruat. cap. XCIV. Edit. Antwerp. 1689. vbi Chrysoſſrhoa, inquit, ex monte Libano deuoluitur & quidem tanto impetu, vt vicinis locis strepitus exaudiatur; at postquam

mum

num. (rr) Fruges enim tanta cum liberalitate & vbertate produxiffe fertur, quanta vix vlla alia Syriae, quin totius fere orientis regio. Quod si enim fames premebat circumiectas regiones, caritatem vix sentiebat Damascenus ager. Vine-

in planitiem descendit, adeo temperate fluit, vt duci & in plurimos canales distribuiri possit pro incolarum arbitrio. Vt iccirco Chrysostronomum fluium ita dictum a *Prolomaeo* recte iudicet *Salmasius in Exercit. Plin. l.c.* non quod auro flueret, sed quod agro Damasceno fertilitatem auro praesertentem conciliaret; vt contra non opus sit cominisci cum *Adrichomio*, quod aurifluus reapse fuerit in *Theatr. Terr. s. Manass. n. 40. p. 81.*

(rr) Damascum hodie rursus tanta amoenitate ac variorum fructuum vbertate gaudere, vt non immerito paradisi terrestris a multis appellatur, *Coronicus* testatur in *Itiner. p. 373.* contra monet *Quaresmius in Elucidar. T. S.* rerum naturam & regionis faciem immutatam fuisse prorsum aetate sua, vt proin ea, quae de amoenitate dicuntur, intelligenda veniant de temporibus antiquis. Quam fertilitatem exhibet ex antiquo Philippi Senior. nummo *Vaillantius*, cui superscriptum: COL. DAMA. METRO. figur. fluius decumbens, qui dextra *icunculam*, sinistro cubito innixus vnae aquas vomenti, laeua cornucopiae gerit, quod arguit vbertatem fructuum, de qua *Beniamin l.c. p. m. 312.* nulla, inquit, in toto orbe ciuitas cum hac fructuum vbertate conferri potest. Et *Bellon. l.c.* Planitiem elegantiore & foecundiore me vidisse non memini. Quare Paradisi locum fuisse circa Damascum, & ex terra illius rubicunda creatum Adamum indeque nomen sortitum esse, multi crediderunt. Euoluas, si volupe est *Della Valle Itinerar. P. I. Epist. XIII. p. m. 167. Edit. Geneu. 1674.* *Kalckmarck* in *Hist. Paradisi Descript. Thom. Maluenda* pecul. Tract. adde *Hottinger.* in *Ennead. Disfert. Heidelb. Disp. III. Voet.* in *Disp. Select. T. I. Dieteric.* in *Antiqu. V. T. fol. 73.* Praecipue vero quid monendum sit circa illam sententiam, vide apud *Petr. Dan. Huer.* in *Traité de la situation du Paradis terrestre*; qui tractatus latine prodit Lipsiae 1694. quo de excerptum fati prolixum adornauit *Talander* in *auserlesenen Frühlinge - Frühstücken des Franköfischen Helicon*, im *Frühlinge*, Quartal. 1703. pag. 108. sqq.

tis (ss) semper claruit, quae ita tractare norunt incolae, vt vinum generarent generosissimum. Nec penuriam fuisse vnquam ceterorum fructuum, quae in arboribus (tt) nascuntur, testes sunt, qui degerunt ibi aliquamdiu, aut scriptis non nihil de Damasci felicitate nobis reliquerunt. Ex innumeris vt vel pauciores nominare liceat, produxit proceras oliuas, suauissima poma, pira persica, mala punica, pruna (uu) damascena, chrysomelas, amygdalas, & quae sunt huius generis (xx) alia. Quin imo fragrantia (yy) ibi haberi aromata Aitsingerus, lapidemque effodi alabastricen (zz) scribit Plinius.

(ss) *Bellon*, in obseruat. l.c.

(tt) Tam adhuc sedula in colendis hortis fuit Damascus *Petri Valens* aetate, vt duo fere milliaria per eosdem, antequam ad urbem uenerit, profectum se esse testetur in Itinerario. l.c. conf. *Judith. II. 17.*

(uu) Iam olim in Italiam e Syriae Damasco traducta esse testatur *Plinius L. XV. c. 12.* vnde & prunorum genus apud nos denominatur.

(xx) Adi *Adrichomium* l. c. *Plinius* L. XIII. c. V. L. XV. c. XIII. *Pertropium* Satyr. cap. 31. *Raderum* ad *Martial.* Lib. XIII. Epigr. 29. *Nonnium* de Re Cibar. Lib. I. cap. 32. *Salmas.* in Exercit. *Plinian.* ad *Solin.* pag. 608.

(yy) Ex aromatibus ibi deprehensis, aquam confici solitam esse, quae ob excellentiam apud nos *Damascena* dicitur, testis est *Mich. Aitsinger* Auftriac. in *Descript. Terrae Promiss.* num. 108.

(zz) *Plinius* Lib. XXXVII, cap. X. Sect. 54. *Alabastrites nascitur in Alabaastro Aegypti & in Syriae Damasco, candore intersincto variis coloribus.* Alii lapidem hunc vocant *Onychen*, quem cauere solent ad vasa vnguentaria, quia, vt idem *Plinius* Lib. XIII. Sect. 3. prodit, *unguenta optime seruantur in Alabastris.* Vnde non sine causa coniicio, ex laeui huiusmodi lapide ἀλαβαστρον μίγε quod *Magdalena* Seruatori *Matth. XXVI*, obtulit, fuisse. Vt ut quidem non ignorem, vasa vnguentaria ex auro argentoque, quin & vitro confecta interdum fuisse, vt bene obseruauit *Cl. Adami* in *Obseruat. Theol. Philol.* p. 169. *Legimus* enim *χεύσει ἀλαβαστρα* apud *Theocritum* *Idyll.* 15. v. 114.

§. VI. Tandem vt ne vlla quidem felicitatis pars urbem deficeret, mercaturam quoque coepit agere; qua in reliquis emporiis ita caput extulit, vt mercibus (***) quibuscunque abundans, cum remotissimis populis mercaturam ageret. Haec vrbs est, quae nomen dedit tam celebri Damascenorum regno, quamque paulo prolixius describere adlubuit, quo crebrior eius in diuuis pandectis mentio fit. Quo facto inoffenso pede, ad ipsa huius regni initia penitius indaganda, nunc transire licet. Atque vt in tenebris ne temere errorum, ducis loco nobis erunt sacrae litterae, quae ad Dauidis vel potius Salomonis aetatem primordia illius referre solent. Quapropter exulare iubemus ex Damascenorum regum censu, quotquot fere a Iustino venditantur. Sit igitur

CAP. II.

*De Falsis Damasceni regni primordiis
ac regibus.*

§. I. Summa imis miscet Trogi epitomator *Iustinus* (a)

Vulgatissime tamen ex eo marmoris genere fiebant, quod onyx vel alabastrites adpellabatur. v. *Harduin. ad Plin. Lib. IX. Sect. 56. num. 10. Maussac. ad Harpocr. p. 23. Perizon. ad Aelian. V. H. Lib. XII. cap. 18. Burmann. ad Petron. cap. 60. p. 393.* Ceterum nec ipsa germania *Alabastriten* ignorat, quippe qui magna copia nascitur in *Hercinia*, prope *Stolbergam*.

(**) Pretiosis omnino mercibus abundasse constat ex *Ezech. XXVII.* Etiamnum vero hodie *bombycini* genus, quod *Damast* vocare solemus, ibi mira arte confectum in Europam transportari notum est. Plura de Damascenorum mercaturae statu moderno habes apud *Melissant. in Geographia nouiss. Spec. p. 173. sq.*

(a) Adscribam verba, quae ita habent: *Nomen urbi a Damasco rege inditum; in cuius honorem, Syrii sepulcrum Arabiae uxoris eius pro hanc*

hanc adgressus historiam, dum conditorem aeque ac regem huius urbis regni que tradit Damascum, quem exceperint ordine Azelus, Adores, Abraham ac Israel.

§. II. *Damascum* (b) Iustini regem Damascenum quod adinet, vel ea de causa eliminandum reiiciendumque esse, vix dubitarem, quod in Abrahami maioribus eundem, ni fallor collocare voluerit. Ad quod accedit, mentionem illius, neque in sacro codice iniici, neque in profanis (c) scriptis. Vnde vero nomen illud pagani sumserint, mirum in modum variant eruditorum sententiae, quas tamen, excutere nunc singulas non adinet. Admodum se mihi probat illa, quae ex urbis adpellatione id confictum esse hariolatur. Non enim ignotum ipsis erat, omni fere tempore vsu venisse, vt po-

templo coluere; deamque exinde sanctissimae religionis habent. Post Damascum Azelus, mox Adores, & Abraham & Israel reges fuere. Iustini. Lib. XXXVI. cap. 2.

(b) Exponitur *Abrahami* genealogia *Gen. XI.* sed nullus ibi *Damascus* comparet. Error autem Iustini & aliorum de Damasco rege in maioribus Abrahami collocato ortus videtur clar. *Schudtio* in *Compend. Hist. Iud. Lib. I. cap. VI. p. 38.* quod *Eliezer* Abrahamo, quando sine prole discesisset, haeres omnium bonorum fuisset futurus *Gen. XV. 2 3.* Hunc itaque *Eliezerem* donatum libertate urbem hanc condidisse, regemq; illum esse *Damascum*, quo de *Nicolas Damascenus* apud *Ioseph. Antiqu. Iud. Lib. I. cap. 8.* disserit, vero haud aduersum iudicat cum *Freinshemio* in *Commentar. ad Curt. l. c. & Artopaeo l. c.* Sed quo minus ad sensum ego praebeam, Scripturae diuinae prohibet altum hac de re silentium, in qua ne vola quidem aut vestigium adparet, *Eliezerem* *Damascum* abiisse & constituisse ibi urbem. Ad quod accedit, nunquam *Eliezerem* tam multo ante *Abrahamum* a *Trogo* positum fuisse, si quidquam ipsi ea de re in mentem venisset.

(c) Fabulas excipe, de quibus supra.

pulorum duces (d) exstructis ab se vrbibus, nomina sua imposuerint. Quae de *Aratbe* (e) porro Damasci vxore habet Iustinus, lubens praetereo, quum nihil vtiq; dici queat, quod non ad fabulas adludat.

§. III. Damasco iungitur *Azelus*, quem si auum Abrahami, vt videtur nonnullis, esse voluit Iustinus, procul satis a veritatis tramite aberrat. Neminem e maioribus Abrahami hoc nomine vnquam insignitum esse, extra dubitationis aleam positum est. *Sala* (f) quidem nomen fuit proauo Serugi, Abrahami proau; sed vix litterarum aliqua similitudo est, nedum veritatis vllum indicium. Nec vel ex ratione superius adlata placet opinio, quae Damascum & Azelum vnum facit eundemque virum, Eliezerem Damascenum, Abrahami oeco-

(d) De Niniue, Roma, Alexandria aliisque res in promptu est.

(e) *Abaran* nonnulli pro *Aratbe* resingendum esse arbitrantur ex *Strabone* Lib. XVI. p. 748. vbi de Hierapoli, ἐν ἡ τριμῶσιν, inquit, τὴν Συρίαν Θεὸν τὴν Αἰρεγέρην & pag. 785. eandem illam Ctesiae Δεσπῆνῶ esse docet; aliis vero ἁδῆραυ seu potius, vt malunt eruditi, ἁδῆραυ, quod numen sacrae paginae Astaroth adpellitare solent. *Plinio* prodigiola est Lib. V. cap. 23. quod facie hominis esset Atergatis, reliquo corpore in piscem desinente. conf. *Diodor. Sicul. Lib. II. Lucian. de Dea Syria Tom. II. pag. 662. Edit. Graeu. Voss. de Idololat. Lib. I. cap. 23. Lib. II. cap. 55. Lib. IX. cap. 10. Seldenus de Diis Syris Syntagm. II. cap. 3. & Bayer. in Addit. ad Selden. Synt. Dieteric. Antiqu. V. T. fol. 343. Goodwin. Moses & Aar. Lib. IV. cap. 4. Leusden. Philol. Hebr. Mixt. Dissert. XLV. p. 315. Alii contra Atergatin muliebri plane forma fuisse aiunt, matremque esse Deum vid. *Salmas. in Exercit. Plinian. ad Solin. cap. XXXIV. fol. 405.* sed sufficient haec de fabula notasse; extricet cui volupe est, & plus otii.*

(f) Gen. XXIV, 14.

nomum,

nonum, quasi per errorem Iustinus, diuulsis nominibus, e domesticis illum in maioribus Abrahami (g) postuisset. Quodsi autem ad famosum illum Damascenorum (b) regem Azahalem, vt quidem censent mecum plurimi, oculum intendit Epitomator, locum quidem tenet in regni huius regibus; siquidem ipse habitauit Damasci, atque a Deo ipso rex (i) declaratus, tot tantisque facinoribus genti se probauit suae, vt post mortem in Deorum (k) relatus numerum dicatur. Sed enim vero hac ratione dicendi de illo heic locus non est. Dabitur tamen, Deo si visum fuerit.

(g) Coniectura haec est pereruditi Francofurti ad Moenum Con-
rectoris Schudii l. c.

(b) *Artopoeus* l. c. p. 9.

(i) 1. Reg. XIX, 15. vbi vngere *Azabelem Elias*, vates iubetur; cuius vero mandati executionem quum intelligeret coniunctum iri cum pernitie multorum, in aliud tempus vt differretur, precatum fuisse vatem, cum el. Clerico in *Animadu. ad b. l. iudico*. Sunt quidem, qui reapse vinctum ab Elia contendunt; sed repugnare illud videtur diuinis verbis, quae Iehu ab Elisa vinctum, nec Chazaelem post mortem Eliae quidquam de dignitate sibi futura regia sciuisse, fidem faciunt. Sunt praeterea qui vinctioris vocem pro designatione accipiunt & tantummodo pro facultate habent. Sed nisi omnia me fallant, verborum vim haud adsequuntur satis & exhauriunt.

(k) Meminit ἀποθεώσεως huius *Iosephus Antiqu. Lib. IX. cap. 2.* hunc in modum: *μεχρι νυν αὐτος δε̅ ο̅ Αδερ̅ και Αζαηλ̅, ο̅ με̅ αν̅ τον̅ α̅ρ̅ζου̅ ο̅ς̅ Θε̅ου̅ τιμ̅ων̅ται̅.* Quibus numinibus cognatum suspicatur *Marsianus in Canon. Chron. Saec. XIII. p. m. 347.* Martem illum Edessenum, cuius mentionem facit. *Iulius Augustus Orat. IV. de Sole p. 288.* Ἄρης Ἀζίζος λεγόμενος ὑπὸ τῶν οὐρίων τὴν ἑδεσσαν Σύρον, ἣν ἰς προπαπένας, *Mars, Azizos, dictus a Syris, qui Edessam habitant, est solis anteambulo. conf. V. Ssus de Idololatr. Lib. II. cap. 5.* Ceterum gratis, vt mea fert opinio, pugnat contra *Iosephum Joh. Clericus in Animadu. ad 2. Reg. XIII, 24.* Siquidem per *Adēr̅* non tam antecessorem Chazaelis quam regni conditorem intellectum cupit.

§. IV. Gressum igitur ad *Adorem* promoueo, Azelo successorem datum a Iustino, cuius nomen idem paene est cum Damasceni Adad, (1) quod commune omnibus Damasci regibus fuisse traditur. Quem (m) vero nominatim intelligat Epitomator, haud ita facile videtur diuinari posse, quum satis constet de illius more in turbando temporum ordine, vt ex nominum iccirco situ, vix quidquam solidi eliciatur. Quod si Tharam, Abrahami (n) patrem eo nomine dictus Iustinus innuit, statim vt minus germanum Damascenorum regem reiicio. Exulem enim fuisse & in exilio demortuum sacer codex (o) ostendit, nunquam autem regem, quod certe haud sicco pede praeteriisset.

§. V. Quae de *Abrahamo* & *Israele* scriptor saepe citatus habet, vix quidem egere videntur confutatione, quum aduersa plane sint sacro volumini ac repugnent. Tantum enim adest, vt de stabili (p) Abrahami sede loquatur, vt

(1) Scribitur hoc nomen a *Iosepho* in graeco sermone modo *Adde* modo *Adad*, quo de infra plura differendi, locus erit commodior.

(m) *Benhadad* Azahelis filium, Syriae regem bello ac domi opibus praevalentem, commode heic intelligi posse, opinatur *Artopoeus* l. c.

(n) Quae coniectura num feliciter satis cesserit *clar. Schudtio* aliorum sit iudicium; enim vero difficulter eo animus, vt credat, flecti potest; vtvt alioquin vehementer suspiciam laborem, & eruditionem, quam praestitit in Compend. *Histor. Iud. Lib. I. cap. 17. p. 40.*

(o) Gen. XI, 31. 32.

(p) Itinera illius in compendio heic accipe: in pago seu oppido, quod in superiore Mesopotamia fuisse situm, liquet ex *Actibus Apost. VII, 2. Ios. XXIV, 2. Vr Chasdim* habitauit paterna Abrahami familia Gen. XI, 31. Vnde euocatus Abrahamus, recta cum patre per *Charan* decessit in *Canaan*. Confedisit autem videtur Abrahami pater cum familia sua Charane, quia erat haec in regione Mesopotamiae campestri magis ac fertili, dicta Paddan Aram; certe Nahor

con-

contrarium vbique narret. Cui obscura quaeso est & ignota patriarcharum consuetudo, qua Rechabitarum (q) instar habitauerunt in tentoriis, nec peregrinantes hinc atque inde vnamquam regum morem adfectarunt. Regem autem & quidem Damascenum audire Nicolao (r) Damasceno, enatum inde

Abrahami frater ac filius illius Bethuel & Laban incoluerunt Charanem in Paddan Aram Gen. XXVII, 43. XXVIII, 2. Hinc terra cognationis Abrahae Gen. XXIV, 4. 5. 7. Sed relicta *Charane* Dei iussu peregre abiit in terram *Canaan*; vbi nullam itidem certam & constantem sedem habuisse legitur, sed identidem tentoria mouisse. Fuit enim illa modo *Sichemi*, modo *Berbele*; nec exstructa licet altari, diu tamen ibi commorari voluit: sed delatis *ausrum versus* tentoriis, porro in *Aegyptum* decessit, vnde repetiit eadem deinceps via *Berbelem*. Verum quum abundaret nimis vna cum Lotho gregibus, armentis ac tentoriis, decessit ab illo & quidem in planitiem *Mambre*, quo de querceto consule, si lubet, illustr. Ezech. Spanhemium *ad Callimach.* p. 378. 480. Dickinson. *Delphos Phoenizantes* pag. 183. & in *Append.* p. 38. Guil. Cauei *Aparat. ad Vitas Apostolor.* p. 21. S. Scacchi *Myrothecium Sacr.* p. 247. Breui post e captiuitate liberat Lothum Gen. XIV, 18. seqq. Deleta Sodoma, noua Abrahami commoratio commemoratur inter *Cadesch & Sur*, ita vt ageret etiam *Gerari*, apud Abimelechum regem philistaeorum Gen. XX. Post aliquot annos eiecto Imnaele, repetita est sedes inter *Cadesch & Sur*, *Bersabae* nomen habitura ex refossione putei Gen. XXI, 31. 32. Anno Abrahami 138. moritur Sara, cuius ossa condita sunt iuxta Hebronem, vbi decesserat, in spelunca agri Gen. XXIII, 1. 2. Productis tandem ex Cethura sex filiis moritur & ipse Abrahamus, aetatis anno 175. Gen. XXV, 7. Nihil vero vsquam de regia *Abrahami dignitate*.

(q) Plenam de *Rechabitis* historiam conscripsit celeb. *Witsius*, quam *Ioh. Henr. Hottingerus* inseruit *Thom. Goodwin Mos. & Aaron. post. cap. VIII.* vbi illorum viuendi regulas, quibus & habitatio in tentoriis praecipitur, expositas vide p. 153.

(r) Verba *Damasceni* sunt: Ἀβραάμης ἐβασιλευσε Δαμασκῶν ἔτη πλὴν σὺν στρατῶ ἀφ' ὧν ἐγένετο ἐκ τῆς γῆς, τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶν. χαλ-
esse

esse arbitror, quod quatuor istos reges, qui Lothum fratrem captivum abduxerant, vsque Hoba, ad finistrum Damasci latus, cum sociis a Mose persequutus esse dicatur; vel potius ex vico, quem Damascenus (r) ibi praedicat, Abrahami nomine non incelebri. Sed falli Damascenum & quotquot regem (t) proprie dictum Abrahamum salutare solent, ex diuinis oraculis abunde constat.

δαίον λεγομένης μετ' ἑπολὺν δὲ χρόνον μελανασαῖς καὶ ἀπὸ τούτης τῆς χάριτος, τὴν τῷ σφετέρῳ λαῷ εἰς τὴν τότε μὲν χρονικαίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰσραὴλιν μεταθήσει, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνης πληθύνουσι, περιῶν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξεραι τὰ ἰσορέμενα. τῷ δὲ Ἀβραάμῃ ἐτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηῶν τὸ ὄνομα δοξάζεται, καὶ κώμη ἀπ' αὐτῆ δέκνεται, Ἀβραάμῃ ὀικησις λεγομένη. vid. *Ioseph. Lib. Antiqu. Iud. cap. 8.*

(r) Si res, vt Damascenus narrat, ita habet, vicum illum s. plateam non tam ab Abrahamo, quam Israelitis multo deinde post extructam esse atque insignitam forte *Abrahami* nomine *die Abrahams Straß*, mea quidem sententia exculpi potest ex pacto, quod cum *Benhadado* iniit *Achabus*, *1. Reg. XX, 34.* Dicit enim vix potest, quantopere idemtidem crepauerint Israelitae nomen Abrahami, quod vico seu plateae pacis conditione concessae commode imposuerunt; Quamquam me non fugiat, quanto molimine diuersam prorsum extorque sententiam conetur *Gotsfr. Vallandus de Congressu Regum Viß. & Vißti ad 1. Reg. XX, 33-34.* quae Differt. habetur in *Theßaur. Theol. Philol. p. 499.*

(t) Neque Abrahamum neque Israelem מלכים reges ab hebraeis nominari, sed מלכות *Patres* ראשי *capita*, vel ראשי מכות *Patrum capita*, neminem latere potest. Opitulari quidem laborat Iustini & Nicolai sententiae *Hugo Grotius Lib. 1. de Verit. Rel. Christ. §. 16. p. m. 63.* Edit. Cleric. reges hos dixisse, quod in familiis suis *ius regium* obtinuerint, subiungens simul *Psal. CV, 15.* vbi *χριστοὶ* nominantur. Sed quum *iura regibus propria solitaque Abraham* haud sibi vindicauerit, ita & in *Psalmo* prolato *Prophetas* intelligi per *χριστοὶ*, expeditum reddit *Geierus in Comment. ad h. l.* Quam autem procul a veritatis regia discesserit *Adrian. Houuyn in Lib. de Monarch.*

§. VI. Vt ad vltimum tandem Iustini regem spurium deueniam, de *Israele* (v) idem ferme dictum esto. Remotis hoc modo falsis Damascenae & reliquae Syriae regibus, in eo nunc exiguas ingenii vires exercebo, vt quantum fieri potest, aliquantō adcuratius in ipsa huius regni primordia inquiram. Agat itaque.

CAPVT III.

De Regni Damasceni constitutione tempore Israelitarum.

§. I. Quamuis non omnino inficias ire audeam, regulos fortasse suos iam olim hanc urbem habuisse, siquidem aetate Abrahami urbibus tantum non singulis peculiaries fuisse reges, in aprico est. Tamen quum inde a temporibus Abrahami vsque ad Dauidis imperium, ne Damasci quidem,

Ebraeorum, quando monarchici in populum hebraeum imperii initium arecessit ab Abrahamo, dilucide satis ob oculos posuit magni nominis Theologus *Rechenbergius* noster in *Volum. Dissertat. Politic. P. I. Diff. XIII.*

(v) Vere sane filii eius ad Pharaonem Gen. XLVI, 34. XLVII, 24. *Se a pueritia sua & maiores suos fuisse pastores; venisse itaque cum gregibus & armentis in Aegyptum; quia in terra Canaan notè amplius esset pabulum pecoribus; venisse autem, non vt occuparent Aegyptum, vel possiderent isic agros, aut vineas, sed tantum לָנוֹרָא לְבָרָא vt inquilini essent in ea terra, peregrinarentur in ea, tamquam pastores in tentoriis habitantes & nihil terrae sibi habentes proprium,* conf. *Ioseph. Lib. I. contra Apion.* qui probaturus illos pastores, qui Aegyptum quondam tenuerunt, fuisse Israelitas, ait: *καὶ γὰρ τοῖς ἀνομάστοις προέγοις ἡμῶν τὰ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ Νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον, ἕως ἐκκελεύσθαι ποιμένες.* conf. celeb. *Iac. Perizon. Origin. Babylon. cap. XII. p. 241.*

D

nedum

nedum regum illius mentio in historiis occurrat, neque ad no-uum illud, de quo agimus, Damasci regnum merito trahi possint, per me quoque quiescant in tenebris, e quibus nulla forte dies vnquam illos protractura est.

§. II. Interim ex bello, quod Hadadezer (a) mouerat Dauidi ad Euphratem, enincere conantur, iam tum obtinuisse regnum Damascenum; putant enim, regem (b) Syriae Damascenae auxilio profectum esse Hadadezeri Zobae (c)

(a) Non sane *Dauidem*, sed *Hadadezerem* regnandi pluribusq; imperandi regionibus, libidine ductum, iniustum Dauidi bellum intulisse, probe obseruauit venerand. *Maius in Oeconom. Iudic. diuin. P. II. c. XI. p. 90.* quia & fati roborant diuinae litterae 2. Sam. VIII, 3. vbi hunc in modum verto: *quum obuiam iuisset ei*, Dauid, *ut cobiberet eius manum iuxta flumen Pbrath.* Vnde consequitur, voluisse san-ctum virum coercere Hadadezeris temeritatem, qua ductus euertere Israelitarum rempublicam conatus est, ne vltra, quos a patre habebat terminos, porrigeret, bellisque laceraret populum Iudaicum; sed in suis iuxta Euphratem finibus quiete subsisteret. Quae ita si accipimus, nulla nos cogit necessitas, vt cum *Piscatore* atque aliis, mendum in voce *השיב* fingamus & ex 1. Chron. XVIII, 3, 4 pro *ש* huc transferamus. Dum enim obuiam it hosti Dauid *לדשיב* *ad-repellendum* irruentem eius sibiue infestum exercitum ac potentiam, in animo simul habuit, *לדשיב* *ut subsisteret*, terminisque includeret Quin & hoc modo *ב* in voce *בברר* significatum, quem habet Num. XXXIII, 37. Iof. XXIV, 32. 1. Reg. I, 45. Ier. XIII, 5. optime tueri potest, vt notet *apud* vel *iuxta* flumen.

(b) *Scaliger ad Damasceni verba apud Iosephum Antiquit. Iud. Lib. VII. cap. VI.* heic, *inquit*, mentio fit praelii quod Dauid cum rege Damasci conferuit, quem scriptura 2 Sam. VIII, 5. non nominat, *Nicolaus* vero *Adad* vocat, nomine omnibus Damascenis regibus communi, v. *Scaliger in not. ad Vet. Graec. Fragmenta*, quae adiecta sunt *Emendat. Tempor. p. 47. Edit. Geneu. 1629.* Idem sentit *Adrichom. in Theatr. T. S. Manass. 2. p. 82.*

(c) Regem *Sophenes* dicit *Iosephus Antiqu. Lib. VII. cap. VI.*
regi.

regi. Sed qui pacatori animo euoluit sacras litteras, animaduertit quidem Damascenorum mentionem (d) fieri; sed regis nequam. Quod suspicionem mihi mouet, Dauidis tempore aut plane non exstitisse regnum peculiare Damascenum, aut nullius tamen momenti fuisse. dum nulli illius meminit diuinus codex, quod tamen perquam sedulo alioquin facit, quando aut dignitate praeceperunt regna, aut regibus paruerunt suis. Sed exiguam illius auctoritatem tum temporis fuisse, vel ex eo conuicere licebit, quod Syria in tam varias diuersasque discerpta partes (e) depingatur. Et sane quo minus se efferre potuerit, Zobae regis obstitit potentia, cui proin subiectam tum fuisse coniectura fortassis non inepta innituntur viri (f) eruditi.

(al. V.) quando de Dauide refert: ἐπὶ Ἀδράζαρον τὸν Ἀράς μὲν υἱὸν, Βασιλέα δὲ τῆς Σαφίνης ἐστέρευσε. Quem sequuntur *Marsham in Can. Chron. l. c. Serarius*, Iesuita, in Commentar. ad I. Reg. XI. Sed ad explodendam illam opinionem vires intendunt viri celeberrimi *Bochartus in Phaleg. Lib. II. cap. VI. & Cellarius in Notit. Orb. Antiqu. T. II. Lib. III. cap. 12. p. m. 459.* constituentes *Zobam* prope *Euphratem*, circa locum *Palmyrae*, quae postea ibi condita fuit, iuxta 2. Paral. VIII, 3-4. *Sophenem* contra *Euphratem* inter & *Anti-Taurum*, auctoritate *Ptolemaei & Strabonis Lib. XI. p. 363.*

(d) 2. Sam. VIII, 5.

(e) 2. Sam. X.

(f) *Marshamus in Canon. Chron. Saec. XIII. p. m. 346.* vbi eo quidem vsque ipsi adstipulor, *Zobae* regem *Hadadezerem* sub potestate sua tum fortassis tenuisse regionem *Damascenam*, nec illud abnuo, conatu irrito adferere *Iosephum*, *Adadam* *Damasci* & *Syriae* regem *Hadadezeri* focium obtigisse & in auxilium ipsi deproperasse. Verum *Adadam* illum *Nicolai* & in sacris *Hadadezerem* vnum fuisse eundemque, nondum penitus persuadet. De *Hadadezeris gloria* & opibus *Dauidis* tempestate pulcre differentem vide *Iob. Lightfoot in Chronica Temporum & Ord. Text. V. T. p. m. 112.*

§. III. Nondum igitur tuto adstrui potest initium per-
 ampli atque Israëlitis postea tam infesti regni Damasceno-
 rum. Neque excitatum illico fuisse & constitutum fuso
 Hadadezere, exinde liquet, ipsa quod Damascus, cui prae-
 fida imposuerat rex Dauid (g) tributaria per tempus fuit
 Israëlitis, de cuius defectione sacrae paginae ad Salomonis
 vsque aetatem tacent.

§. IV. At enim vero quum abominabili falsoque Deo-
 rum cultui (h) totum se daret Salomo iusta Deus ira com-
 motus graues ipsi hostes parauit, Rezonem atque Hadad
 Idumaeum, quorum hic Ioab, Dauidis exercitui praefecti,
 vi coactus in Aegyptum aufugerat; Rezon (i) vero vtrum
 Damascena regio ab Hadadezere administranda olim ac
 tuenda fuerit tradita, non in promptu ita est, vt dubitandi
 locus non supersit; Sed ratio tamen satis probabilis inde, si
 recte coniicio, desumi potest, quod idem ille pugnae supra
 commemoratae interfuisse regnoque Damasceno inhiasse
 fuso Domino videatur. Illud interea in proparulo esse
 autumo, regni originem quaerendam esse illo demum tem-
 pore, quum ad idola Iudaeorum rex Salomo se conuer-
 tisset.

§. V. Lapso autem Salomone ex hostibus, quos ipsi De-
 us (k) seruauerat, Damasci regnum alter condidisse fertur. Sunt

(g) 2. Sam. VIII, 6.

(i) Huic sententiae patrocinari videtur *Vissarius in Annal. Actas.
 Mund. IV. p. 30. Edit. Paris. 1673.*

(b) Cadere illud in Ann. XXXVII. imperii Salom. & 979. ante
 Christum natum, habet *Harduin in Opp. Select.*

(k) *Petrus Martyr, duo, inquit, contra Salomonem vires coniun-
 xerunt, & redacta in potestatem vrbe Damasco, in ea pro voluntate sua
 imperabant, &c. Hadadus regnavit in Aram, vel ut alii dicunt, in Edom
 f. quemadmodum alii adfirmant, in Syria, quibus verba historiae con-
 tamen,*

tamen, qui non tam Rezonem, quam Hadad Idumaeum Rezonis ope Damascum occupasse censent. Ast confundunt historias, quas probe discernit Auctor librorum regum. Hostes enim plane diuersi producuntur, quibus & consilium non minus erat diuersum: Hadad Idumaeam, Rezon Damascum petebat; quin imo clavis verbis (1) *praeter* Hadadi malum, Rezonis accessisse traditur.

§. VI. Dum autem Rezonem Damasceni regni auctorem facit sacer scriptor, non sane id sibi vult, ac si a pugna (m) statim

sentire videntur. Vid. in Comment. ad 1. Reg. XI, conf. *Ioseph. in Antiqu. Iud. Lib. VIII. cap. 2. ad finem.*

(1) Addam verba, quae infelici saepe marte torqueri solent: **ויהי עשן לישראל כל ימי שלמה ואת הרעה אשר הדר ויקץ** **בישראל וימלך על-ארם** *Rezon, per totam Salomonis vitam, idque praeter malum, quod Hadad fecit seu hostis fuit. 1. Reg. XI, 25. Nam ואת* hic loci *praeter*, prout eundem significatum habet 1. Sam. XVII, 34. venit **לוי ואת הרויב** *idque praeter vsus.* conf. 1. Reg. XI, 1. vbi Salomon amasse dicitur alienigenas **ואת בת פרעה** *idque praeter filiam Pharaonis.* Plura exempla suppeditat *B. Gleffius in Grammat. sacr. Lib. III. Tract. VI. Can. 18. p. m. 1071.* Post הדר vero supplendum vel est **עשה** vel repetendum **עשן**. Quare clar. *Iob. Clericus in Animadu. ad b. l.* ita vertit: *accessitque hoc malum ad id, quod Hadadus fecit.*

(m) Ita sentit, mi fallor, *Vsserius in Annal. Aetat. Mund. IV. p. 30.* inclinante nimirum ad Davidis partem proelio fugisse Rezonem ab Hadadezere & collectis ad se militibus Damascum iuisse & ibi pro se & posteris regnum constituisse. Cui sententiae fauet *Hoinus in Histor. V. mu. T. I. Aetat. IV. p. 172.* Neque aliud placet *Marsbamo in Chron. p. m. 346.* Cl. *Clerico* autem c. l. videtur hic Rezon primum a rege Lobae ad Dauidem defecisse, deinde Damascum quum abiisset, regnum illeic occupasse. Quae sententia iam ante adrisit *Vallando in Dissert. de Congr. ssi Regum viit. & vitti ad 1. Reg. XX, 33. 34.* quae habetur in *The-saur. Theol. Philol. P. IV. T. I. p. 499.* subiungens, ea defectione meruisse *Rezonem*, vt tribunus militum creatus a Davide paulo post praefidiarius

ad Euphratem factum fuerit; breuitati student sacri scriptores, & quae tempore oppido distant, comprehendunt atque vna intercisione terminant. Quo circa latuit fortassis raptoue vixit Arfacis (n) instar tempore Seleuci, Dauide imperante & sub regni Salomonis initia, initisque coniurationibus clandestinis occasionem anhelauit exsequendi, quae cum sociis & quidam? cum ipsis Damascenis, coeperat consilia. Audita igitur Hadadi in regnum patrium irruptione, ipsemet quoque Rezon, tempus idoneum ratus, collectis hominibus, quorum turmae principem se effecerat, Damascum, sibi amicam, profectus regnum sibi & posteris suis (o) constituit.

§. VII. Quod dum diuina auctoritate nixus adstruo, fidem iure optimo negare possem Nicolao Damasceno, si per Adadum, quem Damasceni regni statorem praedicat, alium quam quidem Rezonem innueret; praesertim quum ita de historicorum fide censendum sit, vt diuinae scripturae nihil aduersum ac repugnans adsumatur. Sed qui amice nobiscum conspirat, cur

Damascenae post subactae praefectus fuerit. Quae vero vnde suffulciat satis, non habet.

(n) Facta illius, quae historiam nostram, satis obscuram, egregie illustrare queunt, describit nobis Trogi epitomator *Iustinus L. XXI. c. IV.*

(o) Mecum faciunt post ceteros B. *Seb. Schmidius* & vener. *Io. Henr. Maius*; quorum iudicium est, eodem tempore, quo Salomo peccauit, aggressum esse Rezonem Damascum, eaque in potestatem redacta, hostem Salomoni, qui post Dauidem stationarios milites in Syria Damascena habuerit, factum esse, atque illum excusso iugo idemtidem verasse. vid. *ille* quidem in *Commentar. ad 1. Reg. XI. hic* vero in *Oxon. Iudiciorum Diuin. T. II. cap. XXVI. p. 229.* Vox ימרכו vellicatur ab *Iob. Clerico* l. c. ac scribi mauult ימרכוהו *regem constituerunt illum*, quoniam vnus tantum regnauerit. Sed non opus est emendatione, cuiusmodi passim sacro textui adfluere audet vir eruditus. Nam ימרכו in genere heic notat: *summum occuparunt imperium*, cui mox versus insequente *Rezon rex* praefectus est,

illum

illum reiiciam, non video. Pugnae (p) ad Euphratem meminit, eidemque Rezonem interfuisse, neutiquam negamus. Adadum (q) auctorem regni vocare amat, nomine Damascenis regibus communi, Rezonem sacer codex nomine proprio: indigenam fuisse & multis demum editis facinoribus regem se virum & animi robore praestantem declarasse pergit Nicolaus, id quod idem fere est, quod adseruimus & quod diuinus scriptor de excitatione regni & hostili animo aduersus Salomonem dicit.

§. VIII. De cognomine hoc Damascenorum Hadad, ut nonnulla addam, operae omnino pretium esse duco. In originem eius eruditi, quos scio, tantum non omnes consentiunt, a sole (r)

(p) Eandem sedisse opinionem Vsserio videre est ex *Annal. Aet. A. und. IV. p. 30.*

(q) De Descriptione **הדר** monendum est, constantem non esse, sed modo **דר** in hebraica lingua, modo etiam **הדר** deprehendi: in grae a vero **Αδδ** iam sine & **Αδδδ** iam cum aspiratione; quibus adde **Αδδρ**: id quod imitantur latini scribentes *Hadod, Adad, Ador.*

(r) vid. *Marsham. in Can. Chronic. p. m. 346.* qui allegat nos ad *Macrobium in Saturnal. Lib. I. cap. 23. qui, accipe, ait, quid Assyri de solis potentia opinentur. Deo enim quem summum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt; eius nominis interpretatio significat vnus. Quem locum varie tentarunt eruditi, refingentibus aliis Agab, in quibus est *Iac. Rauardus Varior. Lib. III. cap. 10.* sed quam parum feliciter, cognosci potest ex *Fulleri Miscellan. Sacr. Lib. I. cap. XIV.* cum quo conferras *Scaliger. ad Euseb. Lib. III. & Vossium de Idololatr. Lib. II. cap. 5.* Aliis *Achia f. Badad*, quae vox utraque hebraeis significat *vnus*, estque sententia *Pontani in Not. ad Loc. Macrobi.* Sed obstat quod & *Adodds* sit apud *Sanchuniatonem f. Philonem Bybliensem.* Quocirca, cui non satis placet coniectura *Vossii l. c. Lib. I. cap. 22.* qui *Macrobium*, vel alium qui *Macrobio* imposuerit, vicinitate vocabulorum *Adod & Achod* deceptum esse, iudicat; de hac velim dispiciat, qua **הדר** Phoenicibus *vnus* significasse, vero non ab simile est, siquidem **הדר** aduerbium est *Talmudicis vna, simul, pariter & Arab. nomen הדרה idem similia, tam similis* ut pro vno haberi possit. v. *Edm. Castelli Lexicon Poly-**

ma-

maximis ceremoniis in Syria & quidem Heliopoli potissimum celebrato mutuatum esse, factumque ob praestantiam, qua sol stellas inter atque planetas eminere solet. Sed cui minus ad palatum haec sunt, fruatur coniectura, quae altius paulo rationem nominis repetere audeat. Notum est, duodecima (s) prolium felicem patrem fuisse Ismaelem, Abrahami ex Hagare filium, qui tenuit vna cum iisdem omnem ferme terram ab Euphrate ad mare Edom sitam. Nomen octauo illorum Hadad (t) fuit, quod de in extremo Palmyrenae telluris, cui Arabiam miseram in cumbere omnis monstrat Geographia, urbem nomine Adad insigni-

glott. voce חדר fol. 824. Ut ideo commode Macrobbii lectio retineri possit, illiusque Adad, idem esse probabile sit, qui *Sanchuniathonis* apud *Euseb. Praepar. Euang. Lib. I. p. 38.* Ἀδωδὸς βασιλεὺς Θεῶν, quem in Phoenice regnasse scribit vna cum Astarte Dea. conf. Bochart. in *Canaan Lib. II. cap. VIII.*

(s) Genes. XXV, 14. audit חדר ita tamen, ut obseruent masoretae נכב in aliis codicibus legi חדר vt 1. Par. I. 30. Illa scriptura in *Regis* habetur ac *Veneris maior.* nempe חדר; in *Min.* autem cum *Triplici Targum* & C. est חדר *Targum Onkelos* habet חדר & חדר in textu Hebr. Gen. XXV, 15. Quapropter *Hieronym.* modo Adad vertit, modo Hadar. Ambiguum porro inuenimus translationem Syrorum ex חדר & חדר adseruata tamen utrobique littera initiali. In *LXX. senior.* versione praeter alias lectiones Ἀδὰδ ex *Alain. & Complur.* exhibet. cl. *Lamb. Bos in edit. noua LXX. Senior.*

(t) Celebres olim in Arabia *Ismaelis filios* fuisse, non scriptura solum diuina testis est, sed & gentis Iudaicae alioquin in *Melo*, vt ex eo retulit *A. Polybistor* his verbis: ἐν μὲν τῆς Ἀσσυρίᾳς Ἀσσοράμῃ ἕως ἡβ. ἔς δὲ εἰς τὴν Ἀραβίαν ἀπαλλαγέντας διελθεῖν τὴν χώραν, καὶ πρῶτες βασιλεύσαι τῶν ἐγγυρῶν. ὅθεν ἕως καὶ ἡμῶς δώδεκα ἔτι βασιλεὺς ἀράβων ὁμαγῶν ἐκείνοις. Neque praeterire fas est *Artapani* testimonium: ἔτι τῶν ἀράβων βασιλεὺς ἀπὸ γίνετο Ἰσραὴλ, ἕως μὲν Ἀσσοράμῃ, Ἰσραὴλ δὲ Ἀδελφῶς. Quin etiam hocce Ismaelis filios iam olim in Deorum concilio haberi coeptos esse testatur *Ioseph. Lib. I. Antiqu. Iud. cap. 12.*

ri, & quod multo illustrius, reges Damascenos ab eodem principe Hadad (u) ordine suo nuncupari videntur. Quum vero hunc Ismaelis filium iam olim inter Deos suos retulisse Arabes, dubitatio non sit; hinc posterius, quibus nihil amplius de Hadad notum, ad solem fortassis adplicuerunt; ut proin & illorum opinio, qui a sole nomen deriuant, suo modo locum habere queat.

§. IX. Exposito ita pro virili nomine *Hadad*, comparatoque cum proprio fatalique, (x) quod vocant, *Rezonis*, ad famili-

(u) Dedit illud Damascenos Rezon, tanquam statore libertatis suae, boni ominis & memoriae causa, vero admodum simile est. Cuius dein memoriae hunc, qui exceperunt in imperio, honorem tribuerunt, vt omnes exinde reges nomine ררר se cognominauerint. Idem fere animaduertis in occupatione regni *Paribici*, facta ab *Asace*, supra memorato, ex quo omnes in ordine reges *Arfacis* nomine veniunt. v. *Iustin. Lib. XLI. cap. V.*

(x) Notatu videtur dignum esse, in principe nominis eiusdem nobile Damascenorum regnum & incepisse & desuisse. *Rezon* est, qui regnum Damascenum formauit. *Rezon*, qui *Assyriorum* impetu amisit ac perdidit. Idem obseruarunt historiarum collectores in *Perfarum* summo imperio, quod a *Dario* *Hystaspis* filio instauratum apud *Iustin. Lib. I. cap. X.* legimus, euersum autem sub *Dario* *Codomanno. Curt. Lib. III. cap. IV.* Romanorum imperium sub *Augusto* ad excelsum dignitatis fastigium euectum est, vt habet *Sueton. in Aug.* sed sub *Augustulo* plane corruit, vt eleganter proin dicat *Cluverus ad Ann. C. 475. p. m. 391. augusta dignitas, quae Romae in Augusto coeperat, in Augustulo exspirauit.* Byzantinum regnum *Constantinus M.* condidit, quo spoliatus est *Constantinus Palaeologus*; quorum vterq; matrem habuit *Helenam* nomine, vt notauit *Forstnerus in Nor. ad Tacit. L. I. p. m. 31.* Quibus adductus rebus ad finem tandem p. 32. subiicit: hae: quid sunt, quam *fidus* & *occulti miranda potentia fati*? Cui calculum addit *Georg. Hornius Dissert. Hist. & Polit. XXX. p. m. 289.* existimans, esse nomina, tempora, loca, imperiis decretoria & fat alia, idq; nisi euidenibus argumentis, ac certa & frequentibus historiaram omnis aevi luce demonstrari posse. Sed precario; quis enim nexus siderum cum hominibus, quid nominibus commune cum regnis?

am nunc noui regis, vitamque illius mentem conuertere iubeor. *Indigena* est Nicolao Damasceno, sed quo patre vsus fuerit, non attingit, quam tamen vicem suppleat sacrae pandectae, dum nominant eum *Eliadae filium*. Sed praeterea nihil memoratu dignum utrobique additur. Nec coniecturis aliorum ut prolixè inhaeream, chartae & temporis angustia permittit. Illud vero in promptu ita est, ut disputatione vix egeat, officia illum praestitisse Zobae regi Hadadezeri, a quo inclinante praelio ad Euphratem defecit (γ) aufugitque.

§. X. De animi illius ac virtutum excellentia praeclare sentit Damascenus, nec quid opponam ipsi habeo. Vitam autem quando & qua ratione finiuerit, haud vllum in historiis vestigium se pandit. Tabrimmoni regnum tradidisse ex diuinis litteris patescit; de quo autem alibi. Haec in praesenti sufficiant.

(γ) Non enim solum disiectis Zobae regis copiis, vitae suae in praelio ut consuleret, aufugisse, sed & data industria defecisse a Domino, subinnuit verbum מרר ב quod est *deficiendo aufugit*. 1. Sam. XXV, 10. ut coniciam exinde, inito praelio confertisque manibus, Hadadezerem iusto Dei iudicio destitutum esse fide & auxilio Rezonis, qui ut castigaret demum Salomonis luxuriantis vitia, fartus tectusque servatus est.

** B. L. lege p. 2. n. a. adpellatur not. b. ἡ Δαμ. p. 4. n. e. λεγομένη p. 6. l. 14. post *volunt*. Sed frustra. p. 10. n. bb.) tentorii. Reliqua Tu ipse.


COROLLARIA.

Abrahamum conditorem esse Hebraeorum monarchiae figmentum est Adr. Houtuyini.

Abraham non tam Eliezeris filium, quam Eliezerem Damascenum ipsum haeredem constituere voluit Gen. XV, 23.

De Palaestinae fama & fertilitate mala fraude Tolandus detrahere studet in Orig. Iudaic. p. 138. f.

Omnes quidem republicae mutationi subsunt, id quod caue tamen tribuas siderum influxui.



00 A 6280


ULB Halle 3
002 828 09X



Sb.

neho







IN
ORIGINEM
REGNI DAMASCENI
TEMPORE ISRAELITARVM

OCCASIONE

1. Reg. XI, 23. 24. 25.

INQUIRVNT

HISTORICE AC PHILOGIGICE

PRAESES

M. LAURENTIVS Müller

MEININGA HENNEBERGICVS

ET

RESPONDENS

IOH. CASP. ARMANN

SCHLEUSINGENSIS

AC PVBLICE PROPVNT

D. X. FEBRVAR. H. L. 2. C.

LIPSIAE

LITTERIS IMMANVELIS TITHI

1714